RECTOR & PROFESSORES P. ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS LECTORI S.

Licèt vitæ ſumma brevis ſpem nos vetet inchoâre longam, præ aliis tamen videntur ſibi diuturnius ævum promittere poſſe, quibus in ipſo adhuc ætatis vigore conſtitutis, cum compoſitâ, impetuoſiorúmque animi perturbationum, infenſiſſimorum illorum valetudinis noſtræ hoſtium, expertâ mente, vegetiores corporis vires obrigerunt: inprimis ſi nec occaſio deſit, artis iatrices conſiliis atque adjutrice operâ, iis, quæ fortè accidunt, incommodis, maturè obviam eundi, feliciſſeque detectis malis, antequam ingraveſcant, idonea remedia quærendi. At fruſtra eſſent, quotquot his prærogativis fidentes, in diem ſecurè viverent. Quantæ quantæ enim illæ videantur, ab immutabili tamen fati lege liberare, aut conſtitutum occulto Dei conſilio terminum dimovere minimè valent. Nullos ſanè annos à mortalitatis ſorte immunes præſtare, quotidiana experientia teſtatur. *Alter*, ait L. A. SENECA, *Epiſt.* LXVI. *adolescens deceſſit, alter ſenex, aliquis præter hos infans, cui nihil amplius contigit, quam proſpicere vitam: omnes hi æquè fuere mortales, etiamſi mors aliorum longius vitam paſſa eſt procedere, aliorum in medio flore præcidit, aliorum interrupit principia.* Nec minus Machaoniâ arte clari inculcant, rationibúſque adſtruunt, quàm ipſe rerum eventus comprobat, proſperrimam ſæpe valetudinem graviſſimis periculis eſſe expoſitam, corpúſque maximè ſolidum & ſucci plenum faciſlimè cachexiâ corripi, hecticiſque febribus emaciarum, ſibimet ipſi non ſolùm tam diſſimile reddi, ut non amplius idem videatur, ſed & exhauſto penitus priſtino vigore, lentâ quidem, at certâ tandem tabe confici. Erit autem animus à vehementioribus commotionibus, ſanitati maximè noxiis, immunis, multis incommodis, quæ alii ſuo ſibi jumento attrahunt, obicem ponit, quin & in gravioribus morbis non exiguum levamen adfert, iisque ritè uti docet, nihilominus tamen, & placidiſſimas mentes, illorum imperii ſuccumbentes, haud rarò maturè fatis ex hac vitâ abripi cernimus. Pollicetur quidem adverſus hæc incommoda propior experti medici conſuetudo haud leve auxilium, qui ad ipſa morborum primordia atque cauſſas ſedulò attendens, quamdiu fatalis terminus nondum advenit, haud difficulter illos, antequam vires acquirant, ſufflaminare, aut, ſi vel maximè invaluerint, opportunis remediis debellare valet, ut adeò non immeritò QUINCTILIANUS *Declamat.* CCLXVIII. exclamet: *Quod hominum genus eſt, qui ſexus, quæ ætas, quæ non utilitatem ex hac (medicinâ) petat!* Aſt, uti eâdem tamen fata vinci minimè poſſunt, ita ſumma etiam artis hujus peritia quandoque cultores ſuos deſtituit, ut & omni adhibitâ curâ omníque ſtudio nihil proficiant. Hinc CICERONE ad *Atticum Lib.* XVI. *Epiſt.* XV. teſte, non ſolùm *Hippocrates deſperatis vetuit adhibere medicinam*, ſed & qui aliis ſæpe felicem opem tulerunt, ipſi proximos ſuos, acerbo ſibi fato ereptos, lugere, triſtéque officium his, quibus peritiâ ſuâ maximè prodeſſe cuperent, præſtare coguntur. Extat in monumentis ſepulchralibus, à *Clar.* GRUTERO, cum aliis antiquis Inſcriptionibus, ſervatis, Tom. I. p. 613. unum, huc apprime faciens, quod C. CÆCILIUS DIÆTUS MEDICUS FILIO ET CONJUGI SUÆ ſe poſuiſſe profitetur. Sed quid attinet ad alia exempla provocare, cùm non ſolùm hujus rei, ſed & omnium, quæ hactenus monuimus, evidentiſſimum ſit, quod nobis hodie præbet Nobiliſſima celebratiſſimáque Matrona HENRIETTA ZEPPERA, Viri *Nobiliſſimi, Experientiſſimi* atque *Clariſſimi*, GODOFREDI MELM, *Medicinæ Doctoris & Profeſſoris, ut non Reip. hujus Phyſici Celeb. Collegæ noſtri honoratiſſimi*, deſideratiſſima Conjux, cui funebria hæc juſta perſolvimus. Intromiſſa ea eſt in hoc mundi theatrum A. cIɔIɔCCVIII. a. d. XVI. Septembr. *Patre*, *Viro Nobiliſſimo*, *Ampliſſimo* atque *Conſultiſſimo* JOH. GEORGIO ZEPPERO, JCTo ex præcipuis, & Reip. patriæ *Senatore* atque *Judice*, æquitatis dexteritatiſque laude etiam poſt fata inclyto; *Matre*, Nobiliſſimâ rariſſimiſque dotibus præditâ Matronâ, GESA KLUGKISTIA. Paternus *Avus* illi obtigit, *Vir Nobiliſſ.* atque *Integerrimus* BERNHARDUS ZEPPERUS *Reip. à Secretis*; *Avia*, T. T. HELENA BUCKIA, Viri Spectatiſſimi GERHARDI BUCKII, *è collegio Seniorum & ad Div. Virg. Ædilis*, nec non HELIÆ MEIERÆ filia. *Proavus*, Vir adm. *Venerandus*, *Nobiliſſ. Ampliſſ.* atque *Conſultiſſ.* JOH. GEORG. ZEPPERUS, *JCTus egregius*, *Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Lubecenſis*, tum verò *Præfectus Otterbergenſis*, & *Archiepiſcopo Bremenſi Ducique Holſatiæ à conſiliis*: cui Pater erat *S. Venerand. Celeb.* atque *Eruditiſſ.* WILHELMUS ZEPPERUS, Comitis Naſſaviæ Johannis Senioris primùm Paſtor aulicus, dein *Herbornæ SS. Theol. Profeſſor & Paſt. Primarius*, doctiſſimis ſcriptis clarus. *Proavia*, T. T. GESA SPECKHANIA, Spectatiſſimo integerrimóque Viro BERNHARDO SPECKHANIO, Patricio & Armamentarii Præfecto, nepote EBERHARDI, cui inprimis poſt Deum Sacrorum in urbe noſtrâ per HENRICUM ZUTPHANIENSEM emendatio accepta ferenda eſt, & WOLBRECHTA DURINGIA, prognata. *Materni ſtemmatis* non minora decora ſunt, *Avus*, *Vir Nobiliſſimus*, *Ampliſſimus* atque *Prudentiſſimus*, HENRICUS KLUGKISTIUS, Mercatorius urbis hujus ex præcipuis, & primùm collegio *Seniorum*, mox Reip. *Proceribus* ſummo ſuo merito adſcriptus. *Avia*, *Nobiliſſima laudatiſſimique exempli Matrona*, ANNA DUNZENIA. *Proavus*, ejusdem cum Avo nominis atque dignitatis, *Nobiliſſ.* atque *Ampliſſ.* HENRICUS KLUGKISTIUS, *Negotiator* itidem *feliciſſimus* & *Senator digniſſimus*. *Proavia*, T. T. MARGARETA CAMERARIA, T. T. MARTINI CAMERARII Mercatoris, optimi nominis, & T. T. ANNÆ KESLERÆ filia. Uti cari Parentes ſolicitam educationi ejus curam impendebant, ita hæc minimè fruſtra erat, dum in omne fœmineæ laudis decus feliciter ſuccreſcebat. Advertit id mox animum ſupra laudati *Nobiliſſimi Experientiſſimi* atque *Celeberrimi Viri* GODOFREDI MELM, ut eam ſibi tori expeteret ſociam, cujus quoque voti compos redditus eſt, conſummatis a. d. XXX. Decembris, ejusdem anni cIɔIɔCCXXXII. quo defunctum & optimum Parentem, & unicum fratrem, Celeb. Juris Profeſſorem, amiſerat, nuptiis. Improle quidem, ſed concors felixque hoc conjugium fuit. Nec mirum; mite enim, quo pollebat, ingenium, blandiſſimique mores, cariſſimum Conjugem illi ſemper arctius devinciebant, præcipuè cùm fidiſſimam ſe illi perpetuò præberet comitem, in id inprimis intenta, ut res domeſticas ſedulò curans, ipſi placeret, cetera ſe plerumque domi continens, nec niſi cùm ejus negotia ipſam avocarent, ferè ab illius latere diſcedens. Singularem non minus honeſtatem, integritatem minimè fucatam, atque æquitatem in omni vitâ dictis ac factis teſtabatur; aliena planè ab illarum moribus, quarum præcipuum opus eſt proximum acerbæ verbere linguæ perſtringere, ipſa potiùs omnia in meliorem partem interpretabatur. In alios, inprimis miſeros atque egenos, ſe chriſtianæ charitatis tenerrimique affectûs pleniſſimam præbebat. Tum verò omnia ejus verba profundam ſemper in Deum & res divinas reverentiam ſpirabant. Tot dotibus inſtructo Spiritui ſatis firmum vegetúmque corporis domicilium divina benignitas conceſſerat, unde ab ipſa nativitate usque ad initium anni ſuperioris cIɔIɔCCXLVIII. ferè perpetuâ conſtantique incolumitate gaviſa eſt. Quod, cùm mens nullis adfectionum perturbationibus magnopere dedita, placidè regeret, quis non magnâ probabilitatis ſpecie præſumſiſſet, eam ad ſeram ſenectam usque vitæ ſpatium producturam fuiſſe? Inprimis cùm integros nondum tum temporis quadraginta annos nata, ipſo adhuc mediæ ætatis robore atque vigore polleret, & domi ſimul in cariſſimo Conjuge haberet, qui, pro inſigni medicæ artis peritiâ, minimos ejus valetudini inſidias ſtruentes, feliciter detegens, promtiſſimam medelam adferre valeret. Verùm ſic patet, quàm parùm hæc omnia adverſus inexorabilem leti vim tutari queant, quámque vana foret, quæ in his reponeretur fiducia! Ipſo illo elapſi anni exordio, corporis ejus vigor pedetentim imminui, floridúſque ſtatus ſenſim flacceſcere cœpit. Menſis Majus latentem mali cauſſam clarius pandebat, cùm per vices, vix ſedando vomitu, pus unà cum cruore, licèt hactenus non admodum multo, ejicere inciperet. Occurrebatur quidem vagis his atque inordinatis motibus maturè exquiſitiſſimis remediis, quibus ii non parum quoque leniebantur, ſed ita tamen, ut ſæpius recrudeſcerent, violentióſque redirent. Hæc omnia non obſcura internarum vomicarum indicia prodebant. Durabat convulſivus ventriculi ſtatus per aliquot menſes, tandémque, venis pus reſorbentibus, in lentam, ut fieri aſſolet, hecticam degenerabat. Hinc quotidianarum febrium impetus, hinc nauſeabundus ſtomachus, & neceſſarii nutrimenti, ex ciborum aſſumtorum paucitate, defectus, perpetuóque recurrentes vomitus, vires ita abſorbebant, ut vividiſſimum ante ſucciſque pleniſſimum corpus, aridum mox junceúmque redderetur. Admonebant hæc acceleratis paſſibus appropinquantis mortis, indiésque adeò exſtimulabant, ut ſe ad illam ſolicitè præpararet. Tandem a. d. XIX. labentis adhuc menſis Auguſti, circa horam VII. matutinam ipſa inſequebatur, cùm inter ſuſpiria adſtantium placidè obdormiens, animam fidiſſimo Creatori tradidit, annos nata XL. cum XI. menſibus & III. diebus. Ducetur hodiè funus, quo, quod in illâ mortale erat, tumulo in æde D. Virginis infereretur. Quæ ſolemnia, quum & NOBILISSIMI ILLUSTRIS LYCEI CIVES frequenti comitatu, pro eo, qui Clariſſimi Viduimuneri, & in Muſis noſtras meritis, debetur, honore, ſint cohoneſtaturi, uti nulli ambigimus, ita iisdem ſimul omnibúſque hæc fortè legentibus commendamus, ut nullis annis, nulli vigori, aliave externis fidentes prærogativis, *mortis perpetuò memores vivant*. V. P. P. Bremæ a. d. XXII. Auguſt. A. cIɔIɔCCXLIX.

1749. 9 22 [illegible]

89.

RECTOR & P

ILLUSTRIS SCHO

LECT

Licèt vitæ ſumma brevis ſpem nos vetet
ævum promittere poſſe, quibus in ipſo adhuc
num, infenſiſſimorum illorum valetudinis noſtræ hoſtium,
conſiliis atque adjutrice operâ, iis, quæ fortè accidunt,
dia quærendi. At fruſtra eſſent, quotquot his prærogativis
lege liberare, aut conſtitutum occulto Dei conſilio terminum
experientia teſtatur. *Alter*, ait L. A. SENECA, *Epiſt.* LXVI.
cere vitam: omnes hi æquè fuere mortales, etiamſi mors aliorum longius vitam paſſa eſt
clari inculcant, rationibúsque adſtruunt, quàm ipſe rerum eventus comprobat,
plenum facillimè cachexiâ corripi, hecticisque febribus emaciatum, ſibimet ipſi non ſolùm
quidem, at certâ tandem tabe confici. Etſi autem animus à vehementioribus
obicem ponit, quin & in gravioribus morbis non exiguum levamen adfert, iisque ritè
maturè ſatis ex hac vitâ abripi cernimus. Pollicetur quidem adverſus hæc incommoda
ſas ſedulò attendens, quamdiu fatalis terminus nondum advenit, haud difficulter illos,
valet, ut adeò non immeritò QUINCTILIANUS *Declamat.* CCLXVIII. exclamet:
tamen fata vinci minimè poſſunt, ita ſumma etiam artis hujus peritia quandoque cultores
Atticum Lib. XVI. *Epiſt.* XV. teſte, non ſolùm *Hippocrates deſperatis vetuit adhibere medicinam*
triſtéque officium his, quibus peritiâ ſuâ maximè prodeſſe cuperent, præſtare coguntur.
Tom. I. p. 633. unum, huc apprime faciens, quod C. CÆCILIUS DIÆTUS MEDICUS
ſolùm hujus rei, ſed & omnium, quæ hactenus monuimus, evidentiſſimum ſit, quod nobis
mi, *Experientiſſimi* atque *Clariſſimi*, GODOFREDI MELM, *Medicinæ Doctoris & Profeſſ*
funebria hæc juſta perſolvimus. Intromiſſa ea eſt in hoc mundi theatrum A. cIↃIↃCCVI
ZEPPERO, JCTo ex præcipuis, & Reip. patriæ *Senatore* atque *Judice*, æquitatis dexteritatis
KLUGKISTIA. Paternus *Avus* illi obtigit, *Vir Nobiliſſ.* atque *Integerrimus* BERNHARDUS
DI BUCKII, *è collegio Seniorum & ad Div. Virg. Ædilis*, nec non HELIÆ MEIERÆ filia
JCTus egregius, *Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Lubecenſis*, tum verò *Præfectus Ottersberg*
Eruditiſſ. WILHELMUS ZEPPERUS, Comitis Naſſaviæ Johannis Senioris primùm Paſtor
via, T. T. GESA SPECKHANIA, Spectatiſſimo integerrimóque Viro BERNHARDO
um Sacrorum in urbe noſtrâ per HENRICUM ZUTPHANIENSEM emendatio accepta
ra ſunt, *Avus*, *Vir Nobiliſſimus*, *Ampliſſimus* atque *Prudentiſſimus*, HENRICUS KLUG
bus ſummo ſuo merito adſcriptus. *Avia*, *Nobiliſſima laudatiſſimique exempli Matrona*,
HENRICUS KLUGKISTIUS, *Negotiator* itidem *feliciſſimus* & *Senator digniſſimus*.
nominis, & T. T. ANNÆ KESLERÆ filia. Uti cari Parentes ſolicitam educationi ejus
creſcebat. Advertit id mox animum ſupra laudati *Nobiliſſimi Experientiſſimi* atque *Celeb*
redditus eſt, conſummatis a. d. XXX. Decembris, ejusdem anni cIↃIↃCCXXXII. quo
prole quidem, ſed concors felixque hoc conjugium fuit. Nec mirum; mite enim,
præcipuè cùm fidiſſimam ſe illi perpetuò præberet comitem, in id inprimis intenta,
negotia ipſum avocarent, ferè ab illius latere diſcedens. Singularem non minus honeſtatem
planè ab illarum moribus, quarum præcipuum opus eſt proximum acerbæ verbere linguæ
atque egenos, ſe chriſtianæ charitatis tenerrimique adfectûs pleniſſimam præbebat.
dotibus inſtructo Spiritui ſatis firmum vegetúmque corporis domicilium divina benignitas
petuâ conſtantique incolumitate gaviſa eſt. Quod, cùm mens nullis adfectionum pertur
eam ad ſeram ſenectam usque vitæ ſpatium producturam fuiſſe? Inprimis cùm integros
& domi ſimul in cariſſimo Conjuge haberet, qui, pro inſigni medicæ artis peritiâ, minimos
rùm ſic patet, quàm parùm hæc omnia adverſus inexorabilem leti vim tutari queant,
pedetentim imminui, floridúsque ſtatus ſenſim flacceſcere coepit. Menſis Majus latentem
hactenus non admodum multo, ejicere inciperet. Occurrebatur quidem vagis his atque
ita tamen, ut ſæpius recrudeſcerent, violentiúsque redirent. Hæc omnia non obſcura
tandémque, venis pus reſorbentibus, in lentam, ut fieri aſſolet, hecticem degenerabat.
ciborum aſſumtorum paucitate, defectus, perpetuóque recurrentes vomitus, vires ita
Admonebant hæc acceleratis paſſibus appropinquantis mortis, indiésque adeò exſtimulabant
ram VII. matutinam ipſa inſequebatur, cùm inter ſuſpiria adſtantium placidè obdormiens,
funus, quo, quod in illâ mortale erat, tumulo in æde D. Virginis inferetur. Quæ ſolemnia,
Vidui muneri, & in Muſas noſtras meritis, debetur, honore, ſint cohoneſtaturi, uti nulli ambi
gori, aliisve externis fidentes prærogativis, *mortis perpetuò memores vivant.* V. P. P. Bre

ROFESSORES P.
LÆ. BREMENSIS
ORI S.

nchoàre longam, præ aliis tamen videntur ſibi diuturnius
; vigore conſtitutis, cum compoſitâ, impetuoſiorúmque animi perturbatio-
oerte mente, vegetiores corporis vires obtigerunt: inprimis ſi nec occaſio deſit, artis iatrices
odis, maturè obviam eundi, felicitérque detectis malis, antequam ingraveſcant, idonea reme-
ntes, in diem ſecurè viverent. Quantæ quantæ enim illæ videantur, ab immutabili tamen fati
novere minimè valent. Nullos ſanè annos à mortalitatis ſorte immunes præſtare, quotidiana
leſcens deceſſit, alter ſenex, aliquis præter hos infans, cui nihil amplius contigit, quàm proſpi-
, aliorum in medio flore præcidit, aliorum interrupit principia. Nec minus Machaoniâ arte
ſæpe valetudinem graviſſimis periculis eſſe expoſitam, corpúſque maximè ſolidum & ſucci
diſſimile reddi, ut non ampliùs idem videatur, ſed & exhauſto penitus priſtino vigore, lentâ
s, ſanitati maximè noxiis, immunis, multis incommodis, quæ alii ſuo ſibi jumento attrahunt,
cet, nihilominus tamen, & placidiſſimas mentes, illorum impetui ſuccumbentes, haud raro
experti medici conſuetudo haud leve auxilium, qui ad ipſa morborum primordia atque cauſ-
am vires acquirant, ſufflaminare, aut, ſi vel maximè invaluerint, opportunis remediis debellare
inum genus eſt, qui ſexus, quæ ætas, quæ non utilitatem ex hac (medicinâ) petat? Aſt, uti eâdem
deſtituit, ut & omni adhibitâ curâ omníque ſtudio nihil proficiant. Hinc CICERONE ad
ſed & qui aliis ſæpe felicem opem tulerunt, ipſi proximos ſuos, acerbo ſibi fato ereptos, lugere,
tat in monumentis ſepulchralibus, à *Clar.* GRUTERO, cum aliis antiquis Inſcriptionibus, ſervatis,
ET CONJUGI SUÆ ſe poſuiſſe profitetur. Sed quid attinet ad alia exempla provocare, cùm non
diè præbet Nobiliſſima celebratiſſimáque Matrona HENRIETTA ZEPPERA, Viri *Nobiliſſi-*
r, nec non Reip. hujus Phyſici Celeb. Collegæ noſtri honoratiſſimi, deſideratiſſima Conjux, cui
d. XVI. Septembr. *Patre, Viro Nobiliſſimo, Ampliſſimo* atque *Conſultiſſimo* JOH. GEORGIO
laude etiam poſt fata incluto; *Matre*, Nobiliſſimâ rariſſimiſque dotibus præditâ Matronâ, GESA
PPERUS Reip. *à Secretis; Avia*, T. T. HELENA BUCKIA, Viri Spectatiſſimi GERHAR-
Proavus, Vir adm. *Venerandus, Nobiliſſ. Ampliſſ.* atque *Conſultiſſ.* JOH. GEORG. ZEPPERUS,
& *Archiepiſcopo Bremenſi Ducique Holſatiæ à conſiliis:* cui Pater erat *S. Venerand. Celeb. atque*
licus, dein *Herbornæ SS. Theol. Profeſſor & Paſt. Primarius*, doctiſſimis ſcriptis clarus. *Proa-*
CKHANIO, Patricio & Armamentarii Præfecto, nepote EBERHARDI, cui inprimis poſt De-
la eſt, & WOLBRECHTA DURINGIA, prognata. *Materni ſtemmatis* non minora deco-
IUS, Magnarius urbis hujus ex præcipuis, & primùm collegio *Seniorum*, mox Reip. *Proceri-*
A DUNZENIA. *Proavus*, ejuſdem cum Avo nominis atque dignitatis, *Nobiliſſ.* atque *Ampliſſ.*
T. T. MARGARETA CAMERARIA, T. T. MARTINI CAMERARII Mercatoris, optimi
impendebant, ita hæc minimè fruſtra erat, dum in omne foemineæ laudis decus feliciter ſuc-
i Viri GODOFREDI MELM, ut eam ſibi tori expeteret ſociam, cujus quoque voti compos
a & optimum Parentem, & unicum fratrem, Celeb. Juris Profeſſorem, amiſerat, nuptiis. Im-
bat, ingenium, blandiſſimíque mores, cariſſimum Conjugem illi ſemper arctiùs devinciebant,
omeſticas ſedulò curans, ipſi placeret, cetera ſe plerumque domi continens, nec niſi cùm ejus
integritatem minimè fucatam, atque æquitatem in omni vitâ dictis ac factis teſtabatur; aliena
ſtringere, ipſa potiùs omnia in meliorem partem interpretabatur. In alios, inprimis miſeros
rò omnia ejus verba profundam ſemper in Deum & res divinas reverentiam ſpirabant. Tot
ceſſerat, unde ab ipſa nativitate usque ad initium anni ſuperioris cIɔIɔCCXLVIII. ferè per-
ionibus magnopere dedita, placidè regeret, quis non magnâ probabilitatis ſpecie præſumſiſſet,
tum temporis quadraginta annos nata, ipſo adhuc mediæ ætatis robore atque vigore polleret,
us valetudini inſidias ſtruentes, feliciter detegens, promtiſſimam medelam adferre valeret. Vè-
que vana foret, quæ in his reponeretur fiducia! Ipſo illo elapſi anni exordio, corporis ejus vigor
ali cauſſam clariùs pandebat, cùm per vices, vix ſedando vomitu, pus unà cum cruore, licèt
dinatis motibus maturè exquiſitiſſimis remediis, quibus ii non parum quoque leniebantur, ſed
arum vomicarum indicia prodebant. Durabat convulſivus ventriculi ſtatus per aliquot menſes,
inc quotidianarum febrium impetus, hinc nauſeabundus ſtomachus, & neceſſarii nutrimenti, ex
bant, ut vividiſſimum ante ſuccíque pleniſſimum corpus, aridum mox junceúmque redderetur.
ut ſe ad illam ſolicitè præpararet. Tandem a. d. XIX. labentis adhuc menſis Auguſti, circa ho-
am fidiſſimo Creatori tradidit, annos nata XL. cum XI. menſibus & III. diebus. Ducetur hodiè
n & NOBILISSIMI ILLUSTRIS LYCEI CIVES frequenti comitatu, pro eo, qui Clariſſimi
is, ita iisdem ſimul omnibúſque hæc fortè legentibus commendamus, ut nullis annis, nulli vi-
a, d. XXII. Auguſt. A. cIɔIɔCCXLIX.